

## Dědické právo

### Čl. 857

Nichil est aliud „hereditas“ quam successio in universum ius, quod defunctus habuit, scilicet tempore mortis.

### Čl. 1180

Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quam quod ipse habuit.

### Čl. 1219

Absurdum est plus iuris habere eum, cui legatus sit fundus, quam heredem aut ipsum testatorem, si viveret.

### Čl. 1188

Hi, qui in universum ius succedunt, heredum loco habentur.

### Čl. 1203

Quod ipsis (qui) contraxerunt obstat, (et) successoribus eorum obstat. Verbi gratia, quod non potuit usucapere defunctus, quia res erat furtiva, quam emit, nec successor eius poterit, sive sit universalis successor, qui in ius universum succedit, sive singularis, qui in partem.

### Čl. 1119

Heredem eiusdem potestatis iurisque esse, cui fuit defunctus, constat. Quandoque tamen plus iuris habet heres, ut si promisisti michi post mortem meam, tunc enim accio inceptit ab herede.

### Čl. 937

Modestus rescripsit hiis verbis „libertis libertabusque meis“ libertum liberte testatoris non contineri.

### Čl. 1255

Privilegia quedam cause sunt, quedam persone. Et ideo quedam ad heredes transmittuntur, que cause sunt: que persone sunt, ad heredem non transeunt.

### Čl. 1253

Qui per successionem quamvis longissimam defuncto heredes exstiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes exstiterunt.

### Čl. 1215

Cum quis in alicuius locum successit, non est equum ei nocere hoc, quod adversus eum non nocuit, in cui locum successerit.

### Čl. 950

„Hereditas“ appellatio etiam continet dampnosam hereditatem: iuris enim nomen est sicuti bonorum possessio.

**Čl. 991**

„Heredis“ appellacione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sunt expressi.

**Čl. 1251**

Ea, qui in partes dividi non possunt, solida a singulis heredibus debentur. Unde si aliquis promiserit michi aliqua, heredes promissoris tenentur michi in solidum.

**Čl. 897**

„Intestatus“ non est tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cui ex testamento hereditas addita non est.

**Čl. 898**

„Heredis“ appellacio non solum ad proximum heredem, sed et ad superiores refertur: nam et heredis heres et deinceps heredis appellacione continetur.